

11 Iterum post baptismum cum ad ripam Jordanis accessisset Salvator, duobus discipulis praefectibus ita signavit Praecursor: *Ece Agnus Dei*, quod quidem audientes duo, qui cum illo erant, *secuti sunt Iesum*. Ego Iesus post vocem vel fugerat, vel discesserat: quando quidem non ad illum accesserunt, sed secuti sunt Iesum: quapropter conversus Dominus sequentes videns, interrogavit: *Quid queritis?* Cur ergo cum encomiasten Ioannem Dominus audivit, ab illo loco discessit? Erat Agnus castus, sese ad hominum praesentiam colligens, ut de laude pudefens. Erat virtus Dei in illorum illuminationem; docuitque illos servare virtutem, quae in hominibus petire potest, dum patre, maxime si laudari fugitque simulatque vox auditur, sese exhibens modeste exemplum, & signans virtutis hominis in artificio periculum: etenim virtus sublimior evanida, quando fuerit manifesta. Illudusque latuit, ac sine pudore; quippe mundus non cognovit, in illo corporaliter habitare plenitudinem Divinitatis, quousque virtutem designavit digitus Praecursoris. Assertor vocem audivit, & extemplo ad vocem aufugit, indicans virtutis fragilitatem: equidem periclitatur, si virtus habeat vocem. Ecce Agnus divinus. Audit, & secedit: Ecce Agnus castus, ac virtutis typus, ut servetur latens, quoniam sit praesens: igitur virtuti praecipis incognita ruina, si cognoscitur praesentia.

12 Coronam Praecursoris decerpere inhiabant, qui ad illum titulo honoris ab Ierosolymis venerant. Invidiose accedunt, quippe eminentem in virtute cognoscunt, & dolo supplantare moluntur excellentiam, ut maiorem e culmine patiantur ruina. Cicero igitur in praecipis; si virtus patens. Veniunt ergo, ut interrogarent eum: *Tu quis es?* Filij huius saeculi prudentiores filijs lucis sunt in generatione ista; verum multoties evanescit fetula. Ita machina doli: ceterum mentita est iniquitas sibi. Nesciet Ioannes servare sub silentio virtutem, scientibus perfidis sub peccore simulare iniquitatem? Cognitus a Ioanne doli, ut suffocaretur virtus; fruerenturque voto, si nudaret peccus. *Tu quis es?* Nihil esset, si diceret ille. Magnus utique, sed quid? Quicquid esset ex virtute, evanesceret; modo diceret: igitur si virtus extra penetralia cordis, dedecoratur pulchritudo virtutis. *Quid dicit de te ipso*, dum nihil dicit de te, nisi duntaxat, *Non sum?* Erat quod tacuit; & facile, ni taceret. Patet ex contextu. *Quis es* (dicant) *ut responsum demus bis qui mi-*

serunt nos? Quid dicit de te ipso? Tu quis es? Ioannes autem ad haec quid? *Ego vox*: respondit. Haec Praecursoris dignitas, quam Verbi sequebatur maiestas; at quod olivae nari manifestavit virtuti, Ioannes declarat in voce. *Ego vox*. *Quid enim vox* (inquit Seneca 2. Natur. 99. cap. 6. *ni nisi intus aëris, ut audiat, lingua formata percussa*). Si vox aër est, & dignitas eius vox; exponit manifestationem virtutis, acque periculum manifestationis: equidem quicquid latens fulgurabat uti magnum, admirantibus cunctis desijt in ventum. Alius color objicitur, ut eluceat quomodo virtus servatur, quia multis contigit bene agere, & fructum boni operis non habere. *Ego vox*. Protrahit muneris excellentiam, dum altissime dedit vocem suam. Promptus inter callidos hostes dignitatem virtutis, & virtutem dignitatis. *Ego vox*. Quid plus? Dixi quid studio curioso vestro, sine virtutis periculo. Dedit voci suae vocem virtutis, ut virtus servaretur cognita ac lactens in enititate vocis: igitur virtus adinstat vocis auditur, sed non videtur.

13 *Spiritus est qui vivificat* (dixit a seclis Servator) *verba qua ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt*. Quid per Spiritum intelligendum, omnino ambiguum. Arab. explicat animam per vocem *Spiritus* praerit illi oppositum corpus. Alij intelligent aërem vivificantem, iuxta illud: *Spiritus ubi vult spirat*, & Baruch. 6. 60. *Spiritus in omni regione spirat*. Per Spiritum virtutem intellegi, diximus. *Tautolog. 4. D. 5. n. 2.* Aptè quidem: ventus est vita, ac sine spiritu quasi corpus inanime, vita mortua. Virtus spiritus est quae vivificat, ac virtutis persistentiam declarat: igitur aëre vivitur, sed non videtur. Virtus aëris conditionem amulari debet, ut animam illustratione vivificet: igitur ita latere congruit, ne evanescat, quod hominem singulariter decorat; ut nil virtutis videatur, etsi per illam vita spiritus ministraret. Ventus spiritus est, sed sine anima, ego ab anima per ventum carni conferatur vita. Per ventum simul ruina virtutis signatur, & decora permanentia: permanentia, cum adinstat aëris, virtus vivificans adit, sed invisibilis. Ruina, dum virtus videtur, quae invisibilis servatur: equidem per serpente vanitatem, futilem ostentationem, dummodo videatur virtus, ex tanta pretiositate nil nisi ventus & ventus. Hinc verba, quae loquebatur, erant spiritus & vita: id est, verba vitalia, virtutis conditionem exprimentia: quandoquidem vitalis virtus, & spiritalis animus; ubi adinstat ver-

V. 23.

Senec.

Tautolog. virtutis sine tantum vox

Ioann. 6. 64

Ibid. cap. 3. 8.

Vera, si audivit & non videtur.

Aliter veritas.

horum auditur, & non videtur. Verba spiritus & vita sunt: *Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt*: subdit Dominus. Cedit vanitati, quicquid negatur fidei: tuncque periculum credent, qui ostentationi student; cum videatur per solam ostentationem, inopinatio evanuisse virtutem.

14 In ostentantia, seu incuria Ezechiae patet offendiculum virtutis ex duritie vanitatis. Factum est miraculum insigne, ita ut ducti novitate ad illum venirent exteri, pleni stupore. Fecit illi Dominus magna, qui potens est, & adventicibus Babylonicis legatis subijt Ezechiam ventralia cogitatio; ut illi scirent, quantum dignatus a Deo. Ductus ergo huiusmodi vanitate, cupiditatis legatorum fomite; *ostendit eis cellam aromatum & argenti & auri*: & omnes apothecas suppellectilibus suae, & universa quae incocta sunt in thesauris suis. Sicine Paridi Menelaus, ut signat Ovid. *Epist. 15. v. 127.* *Ille quidem ostendit quicquid Lacedaemone tota*

V. 67.

Mal. 3. 2.

Ovid.

V. 6.

Nec vestigium reponet virtutis cura litura ostentationi

S. Bened.

4. Reg. 20. 33.

ostendi dignum, conspicuumque fuit. Advenit pauci casu, sed meditante Isaias, cui Rex retulit ostentas legatis gazas: tuncque Vates: *Non relinquetur quicquam, dicit Dominus*. Quare igitur evanesceret tot pretiosa recondita in Regia? Quia manifestavit in thesauris recondita: etenim necessarium visis opibus in thesauris; quod anxie appeterent hostes. Haec calamitas quasi umbra corpus, sequitur virtutem, in thesauris animae; ne expendatur, studiosè lateantem; quippe debet esse sub silentio, quicquid illi conceditur liberaliter a Domino. Est anima virtutibus dives, quas sigillatè oportet in thesauro occulto cordis: nec quicquam relinquitur, ubi coelestis thesaurus manifestatur; igitur furantur hostes ostensa pretiosa dona, quoniam ostensa. Ut quid perditio haec, ubi cuncta intacta, si cuncta servaverit cor? *Non velle dicit sanctum* (legislator N. monet Monachum, *Regal. Sancti*, cap. 4. Instr. 61.) *anquam sit; sed prius esse, quò verius dicatur*. Amittit ostentatione, quod diceretur: etenim expendit vanitate non tantum quod habet, sed quod poterat habere.

15 Difficile videtur, sed in contextu explanatur. *Ostendit eis Ezechias domum aromatum, & aurum & argentum &c.* & omnia quae habere poterat in thesauris suis. Quae habere poterat innumera erant; nec ostendere quibat, quae habere poterat. Solum quae habebat in thesauris, valebat obijcere (ut averent) legatorum oculis: quomodo ergo ostendebat, quae in gazis habere poterat? Huiusmodi sententia signat virtutis

DIDASCALIA IV.

Murus Praesidis commendabile sine munere.

1 Bonum commune commendatio dignitatis: adimpler enim ex expectatione officium, si quod tantum Reipublicae, proprium arbitratur commodum. *Sint hi Reges* (ait Seneca, 4. *Benef. cap. 32.*) *quia non Reipublicam sibi, sed se Reipublicae dedicaverunt*. Reipublice studium Caesarum otusmentum.

2 *Privati nil habet illa domus*. Canit Ovid. 2. de *Pont. Eleg. 1. v. 18.* Hinc divites, eo quod subditi non pauperes: igitur nequaquam dotati, quoniam ceteri nudi. Haec de causa male audivit Marc. Crassus, ut diximus, *Tautolog. 4. Did. 3. n. 10.* Beneque Paulus Aemilius, de quo Plutarch. in eo. *Liberalis exiit, urbes CCL. donatione cepit: provinciaeque parata, Romam redijt, nec uno quidem denario ditior factus*. Iccirco in muneribus gloriosus: quandoquidem regenti dedecus, si pinguecit in munere ex muneris paupertate. Occurrit ingeniosus apologus ex Horatio *lib. 1. Epist. 7. v. 29.*

3 *Fortè per angustam tenuis vulpecula rimam Resperat in cumeram frumenti, passaque rursus* *Ira furis pleno tendebat corpore frustra. Cui mustela procul, Si vis, ait, effugere istinc, Masera eorum repetes arctum, quem macra subisti.*

4 In Praesidum documentum habet

Ex praesidi gloria perdit etiam acquirenda.

Leo Pap.

Picinesi. d. 9. m. 383.

Senec.

Ovid.

Scopus Praesidum bonum publicum. Plutarch.

Horat.

Ioann. 1. 36 V. 37.

V. 38.

Gloria ex virtute fuganda.

Ioann. 1. 49

Nil gloriae suam virtutem praedictanti.

V. 23.

Tom. VII.

fabula ficta locum. Querant ac homines diffi-
lis exitus, cum ingressi & g. faciles & fameli-
ci in munus. Nullum sine nota reliquerunt
lapidem, ut licet per foramen reptantes
pervenirent in honorem. Ibi gliscunt in cras-
sati, impinguati, dilatati; sed in exitum (si-
cut erat ad ingressum) foramen breve, qua
nequeunt commodè exire, igitur dilatatione
munerum ampliore occupant locum, &
quantumvis comprimantur, & fugillentur;
haud valent progredi, tamen relicta pelle:
urgent enim obijcenda crimina, acculatrici-
e conscientia. Magna prorsum difficultas,
ac cordis percussis anxietas; quoniam si exire
negatur, in repetendis tantquam in plagio
comprehenditur. Est ne aliqua in effugium
cogitatio? Urique, fieri in fine, sicut erat
in principio. Ditor non esse nec uno quidem
denario. Si nudus ingressus; egrediatur nu-
dus: equidem per opum ex officio dilatationem,
exitum minime nanciscetur felicem.
Vigilantissime Hispanismo: *Quien no sale
como entrò, nunca puede salir bien.* Necessè
prosum, ut disrumpat rimulam, qua
obtentus introitus; ut liber detur egressus;
ne comprehensus propter crimen, amittat
simul pinguedine libertatem. *Ve pastoribus
Israël* (dicitur à Domino per Ezechielem)
qui pascebant semetipsos. Sat in infelicitatem,
non pascere sed devorare gregem, & crescit
malum, quia prodit quasi ex adipe iniqui-
tatis eorum. Rimulam querunt & furtivam
ambitiosè in regimen, qui intendunt mu-
nere nutrire famem; ut officium serviat sto-
macho, quin serviant officio: etenim dun-
taxat utilitas est dignitatis auctoritas. Bene-
ficio fortunæ (si à fortuna beneficium, quo-
niam iuxta Marc. Senec. *Controv. 6. Benefi-
cium quod iudicio datur, non quod furore
aut morbo.*) Beneficio, inquam, fortunæ: ac
interventionem improbitate, ingrediuntur
famelicis, unde illorum seopus, pascere se-
metipsos. Exire volunt & male exiunt, quia
bene non exit, qui semetipsum ex munere
pascit. Arcta est via, angusta porta, neces-
sarium exire, impediuntur pinguedine ex
hausto pecudum sanguine: vazeq; illis dicitur
dum nolant exire sicut ingressi; quia
amittunt comprehensi in exitu vitam & ani-
mam, propter sanguinis fusti ructantem
copiam: igitur in officio, absque ullo exitu
respectu, officium ingredientium in
honorem, bibere tantum subditorum san-
guinem.

3 Quod regentibus commodum, sub-
ditorum est impendium: quapropter huius-
modi fures sub prætecto regiminis, expelle-
re minatur Dominus ab officio vexationis: eg-

terum singularissimè phrasè, ut eluceat glis-
cere pecudum expoliatione: *Cessare faciam* V. 10.
*eos, ut ultra non pascant gregem, & libe-
rabo gregem meum de ore eorum, & non erit
eis ultra in escam.* Quid quòd illi degant si-
ne dignitate, ut grex liberetur à devorantium
ore? Subditi, quia illi moderantur,
sine modo triti dentibus, ac sine succo, quip-
pe sine pellibus, imò sine carnibus, extractà
pelle, & evacuato sanguine: & cum horum
auctoritati (sine lege latronum) fulminat re-
motionem, gregi à dentibus illorum spon-
det Dominus libertatem; quia illorum in
officio officium, devorare facultates subdi-
torum. Gregem ab ore evellit, & illos à
dignitate removere dicit. Idem profectò in
illorum officio: quandoquidem idem ad il-
los quemlibet accedere gregis, ac redire il-
lorum ingluvie exangues. Cum famelicis in-
trent ac macri, student ventris ac marisupij
abdomini, velus primò tondent, post ra-
dices evellere gaudent, deinde pellem deglu-
bunt, post carnes esuriunt, quis mirè in of-
ficio pinguescunt, & exire perperam possunt:
tùm quia exire nolint, tum quia exire non
valent, quanvis velint: pinguedo obest in
motum: quid in exitum? ab hisque seungi-
tur latrocinandi sine punitione officium, ut
grex sit immunis diritate vexationis: equi-
dem solummodo munus occupant, ut à cun-
ctis torum sanguinem exogant.

4 *Iudices lupi*; ait Sophonias in reipu-
blicæ Israeliticæ corruptione, quo ducti in
servitutem duriore captivitate. Proh dolor!
Circinsè gustarant vasculum? Peius virulen-
tum poculum: igitur per flagitiorum inoli-
tam consuetudinem, luporum rapacium fe-
cuti sunt conditionem. De lupo dicit Ovid,
Metam. fab. 6.

Sanguine gaudet.

Dum nimis famelicis lupi pecudes vorant: si
saturi, ob voluptatem ut bibant sanguinem,
iugulant. Iudices pro veritate ac commo-
do gregis, proprium sanguinem debent esun-
dere; minime litigantium fugere sanguinem:
iudicesque dicuntur voracissimi lupi, iu-
gulato ob voluptatem commisso grege:
quoniam bibendo quolibet iudicio san-
guinem, luporum fartorum cibo imi-
tantur conditionem. Sanguis nutriti ni-
mis: in rabiem percellit latratu famis; ut
pinguescant iudices, & iugulentur usque ad
satiatatem pauperes: exanguique pauperum
grege, iudices signantur bipedes lupi; igitur
scientes sanguinem nutrire pinguedinem;
inhiant usquequaque in sanguinem. *Novem-
rit se* (dicit de Pastore Archimandrita Mo-
nachorum, *Regul. Sancti. cap. 27.*) *infirmo-*

S. Bened.

V. 10.

Et insatia-
bilit.

Soph. 3. 5.

Ovid.

Non sunt
Præfides,
sed regimini
lupi.

rum coram suscepisse animarum, non super
sanas tyrannidem. Textor *Epigram. 6.*
*Nil mirum, si nulla salus sit oculibus agris:
Custodes etenim cernimus esse lupos.*
Sanguis hominum dicuntur facultates (Vid.
Sanctium hic) quas appetunt famelicis iudi-
ces; siquidem in tribunali ad arbitrium iu-
dicant, ut domi macri pinguescant; præstant-
que insigniter rapacissimè lupo, dum videntur
Radamanthi in tribunali; quippequam
avide propendent in alienas facultates, sicut
lupi grassantur invadentes in pecudes. Ead-
em feritatis imago sub venerando prætex-
tu. Canit qui supra d. *lib. 14. fab. 5.* dicitque
votum.

O *quis referat mihi
Viscera cuius edam, cuius violentia dextrâ
Membra meâ lansem, cuius mihi sanguis
inundet
Guttur, & elisi trepident sub dentibus
artus!*
*Visceraque & carnes: cumque albis ossa me-
dullis,
Semianimisque artus avidam condebat in al-
vum.*

5 Hinc à iustitiæ fulmine fuga, & cor-
da pavida; equidem per continuam vexa-
tionem, à iudice aequè ministris sententiæ
colore fulmen. *Non est, qui invocet iusti-
tiam, neque qui iudicet verè; sed confidenter
in nihilo & loquantur vanitates.* Si ita subdi-
ti vexati usque in inopiam, non est qui in-
vocet iustitiam? Urique, & prudenter: igitur
quilibet mavult aliquid perdere cum colliti-
gatore, quam cuncta, invocando iustitiam,
coram lupo iudice. Meliusculè namque eva-
det cum adversario, quam cum iudice pro-
pitio, ob cuius titulo deauratum scelus, seif-
si trepidant sub dentibus artus: quandoqui-
dem satis offensum cedere; quam iniurie
iudicem usque ad sanguinem pari. Dicit Pro-
pheta: *Nec est qui iudicet verè.* Verè non
iudicat, qui ad iudicium sedet in tribunali?
Iudicat verè, qui iudicat iure: iuraque repel-
lens in iudicio non iudicat; quia iudicat iuxta
quæ recepit, vel recipere cogitat. Iudicat verè,
qui vera iudicat ad decisionem causa-
rum, sed non iuxta leges munerum: iustitia-
que nequaquam invocatur, quantumvis in-
nocens ab adversario vexetur; quippe longè
iure, duntaxat iuxta munera, à iudice lupo
fulminatur sententia. Dicunt esse leges ad
quarum amussim, habuit causa expeditionem:
nem: ac loquantur (in nihilo confidentes) lin-
spidas vanitates; quoniam sententia lata
substantia munerum, & apparentia legum:
nihilque totum ex maligna decisionem; igitur
in legibus de huiusmodi causa nihil. Quare

Rav. Text.

Ovid.

Mal. 59. 4.

Cur fugit à
iustitia, cui
iusta causa?

Senec.

Invenimur
ra iudicium
totum per-
veriam.

Turn. VI.

nihil? An vacuitate cerebri, & marisupij ple-
nitudine? *Ex fucata religione* (subdit Do-
ctus. Sanctus hic in *Paraphr.*) *quæ apud Deum*
*obtinere instar nihili; & qua de seipsis ar-
roganter loquantur, mera nugæ sunt, &
mera vanitas.* Apparentia iudicij dilata à vo-
to, quippe sine legibus fucata religio, & vani-
tatis decisionis; etenim religionis non vi-
detur nisi species: deauratur ambitus, in
munera tendit pectus; ubi iustitiæ invocatur
auctoritas: cunctumque iudicium iudicum
dicitur vanitas; igitur velamine iuris ten-
tentia cedit in luporum rapacium sustentationem,
vel in fastus vanitatem. Ita cuncta,
dum iudicant dona, iudicium caute iusta cons-
cientia: igitur fucata religione ita pacifice
sedent, quasi nihil nisi sanctum in decisio-
ne fecissent.

6 Evangelicus Vates subnectit crimen.
Festinant (inquit) *ut effundant sanguinem
innocentem.* Non fat, quòd effundant san-
guinem, per litigantium nimiam evacuationem?
Non fat, quippe lupi sunt. Invocatur
iustitia, ut à iudicibus protegetur innocentia:
verùm cum inhiant sanguini insatiabiles
lupi; nihil ducunt, quòd sanguis sit inno-
centis, modò sit sanguis: non enim lupi ovi-
bus satiantur, nisi ad sanguinis deliquium.

Sedere fecit Caubytes filium; iudicis fordi-
di, ambitus convicti, in patris fide, quam
contexerat pelle eius, qui ob sollicitationem
excoriat; ut refert Herodot. *lib. 2. n. 112.*
observantque Orozo. *lib. 2. Embi. 23.* &
Solorzan. *Embi. 70.* Sanguinem furtivum vi-
tà luit, quippe ovium est vita in sanguine: ex-
coriatque expirat, qui causam muneribus
iudicaverat, iustitia ad aequalitatem vindica-
tà, pelle iudicis detracta, ac amissa vita: igitur
factum lupis iudicibus, quicquid fecerant
cum ovibus.

*Rupere fedas impius lucri furor,
Et ira præcepi, quæque succensas agit
Libido mentes. Cruenta præda maioris nator
Pro iure vires sunt.*
Canit Senec. in *Hippol. à v. 538.* Furor iure
dicitur, ubi vires sunt pro iure: igitur luporum
rabies impellitur furenter in pecus;
quantumvis feciant sine pietate excoxiandos.

7 Si vires non valent, inest ars, ut va-
leant vires. Innuit idem *ibid. à v. 547.*

*Tels facit dolor:
Invenit arte bellicus Mæcæus novas,
Et mille furas mortis: binc terras eruar
Insecti omnes fusus. Tunc scilera per cunctas
domus
Etere: nullum caruit exemplo nefas.*
Mira fane horum luporum aviditas, quorum
theatrum exponit Michæas: ut conlet quò

Sanct.

Sæpe colore
legum fucata-
rum.

V. 71.

Haud im-
muni inno-
centia.

Supplicium
de iudice
corrupto.

Oves exco-
riant.

Senecæ.

Idem.

Ddd 2

Yc

venereint iudicem artes, ut valeant subdole vires. *Audite duces Domus Israël, qui violentes tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum.* Hi sunt Duces, vel lupi rapaces? Fames luporum auctoritamine Ducum. *Pelles eorum desuper excoriarunt.* Hoc est officium, quippe officium in commodum: igitur ni excoriant gregem, nullam in munere habere viderentur auctoritatem. Hæ pro iure vires, sed restant viribus artes. *Mordent dentibus suis* (inquit, de quo egimus, Tom. 3. T. 3. à n. 21.) & *predicant pacem: & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium.* Cur ergo ex donis donum pacis, ac ex retractione subdole circumventiones? Habent officium in ingluviem, ut sic vel sic subditotum fogan sanguinem; quippequam per quæstum mensuratur officium. Præstant oves, vel non præstant? Quomolibet pastores diserpentes vorant: igitur si offerunt, pelles detrahunt: & insuper carnes, si non offerunt; quoniam imposturis faciem expendere, plus quam possent ad pacem offerre iudici. Hoc est prælium ex retractione xeniorum, legibus deauratum, immisissis delatoribus, excogitatum denunciandibus seclis. Unde cum corrupti testes astruant entitatem criminis, ex tenore iurium, sanctificant super eum prælium: equidem ut vorant, non solum evellunt pellem, sed prætextu legis carnem, furripientes innocenti facultates, & titulo religionis. *Helio-gabalus* (ut ait *Ælius Lampridius* in eo) *serpentes collegisse fertur; eosque subito ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres convenire, affudisse, multosque afflictos morsu & fugâ.* Haud aliter ars luporum sanguini inhiantium, ex veneno serpentium; innocentes offenduntur sanguinem, quia noluerunt dare pellem: etenim cum fugere haud valeant, quin virulentis aliu noceant, velint nolint, ambiunt fluctatibus iudicem, ut prece & pretio redimant vexationem.

8 Aliter improbis, si quippiam offerat; equidem propter munera iniquitas prætermittitur: paxque dicitur peccatoribus, atque bellum innocentibus; quoniam sine muneribus in sanguinem iugulantur virtutes, & cum muneribus florent pacificè iniquitates. Dicit Propheta: *Abominamini iudicium, & omnia recta pervertitis.* Unde sine iudicio rectissima pervertebant. *Muneribus iudicabant.* Rectum est damnare legum transgressores: rectum, salvare ab invidis innocentes: verum cum iudicia faciant dona; donis pervertunt quæ recta, iudicio sine iudicio: igitur in iudicio abominatio, quærere leges in libertatem nocentium, & exterminium vit-

tutum. Elucet sine muneribus innocentia: iudex avidus insidiatur quasi leo in spelunca sua. In laqueo suo humiliavit innocentem, quippe insidiatur duntaxat ut rapiat pauperem: quare cum videatur circumventus sine effugio, prematque colore legis vexatio; constringitur arte iudicis facultatum exhibere cruorem, ut possit habere pacem: igitur fatius, amittere quippiam, quam diripi per ministros totam iustitiam.

His ubi non meritis, affectis cladibus, arte

Immanitatem elat implacabilem.

Grassantur iniqui, viventes sine lege; & dona pro gratia cogitant, ut possint vivere. *Manus peccatoris non moveat me* (Oprat qui iudex David) *ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem.* Quenam manus peccatoris? Impulsus muneris: equidem è throno in ruinam præcipitabitur; si muneribus latronum aliquomodo movetur. Intendunt, quod indulgeat, quicquid lex dicat: quòd salva sint scelera per dona, quæ constituunt illa iura: ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, solum ventis legibus crimen: igitur ita rectum animum supplantant, ita iudices mulcimine obcæcant; ut ad scelera visa contra leges legem manerem, pro inlicita neque verbum.

9 Blasphemante Rabface, ministri *Ezechia fluxerunt, & non responderunt verbum.* Alij, ut vidimus in *Liter. exposit.* n. 49. *Cesarunt loqui: Mulierunt.* Si tunc muti facti, aliquid pridem locuti. Quomodo ergo fluxerunt, & auditâ in Deum blasphemia, quæ à zelo cordi religioso vulnera? Speculum est iudicium, vociferantium ad fractionem legum umbrâ munerum, tanquam Hyæne studiosè mutorum: equidem cum loquendi adimant libertatem, & in leges constituunt diversam legem; quantumvis scelera moveant animum, ad crimina neque verbum. Hi dicuntur à Vate Evangelicè *Canes muti, non valentes latrare, speculatores cæci.* Conditio canum est latratu maxime in latrones; quomodo canes Præsides sine proprietate conditionis? *Canes impudentissimi nescientes saturitatem, si in altero se canum officio exuant, in altero se canes exhibeant; latrare non valentes, & non desinentes latrare:* inquit *Gillebert.* in *Cantic.* ferm. 23.

Sunt canes in lacerationem, ob quam concupierunt regimen; sed latrare nesciunt, si quippiam in ore accipiunt, latrantes nonnunquam, si non quippiam. Non valent latrare huiusmodi canes ex munusculis acceptis; quibus oppilatur os, atque vulneratur lex, conniventes ad crimina, quasi voce præ nimio sanguine rauca, canum proprietatem sequentes: unde merito in iudicio designantur

Cruentus hic

Psal. 35. 12.

Per ventera prætermittuntur scelerata.

4. Reg. 18. 36. & 1. Sam. 36. 12.

1. Sam. 16. 10.

Gilleb. Præsides cur muti cœcæ.

Mich. 3. 2.

Illorum officium modum est subditissimum.

V. 5.

Horum artes in rapinam.

Lamprid.

V. 9.

Muneribus florent impostori, & cadunt iusti.

uti canes; siquidem canis haud valet excitare latratum, dum habet in ore cibum. Famen patiuntur ut canes, & cibum insatiabiles cupiunt. Si non fuerint saturati murmurabunt. Latratu implebunt omnia: ex fatigatione resulat angina: dicunturque & muti & cæci, si fatari; quoniam facti crimina vident, quasi non viderent, non valentes latrare etiam videntes flagitium: igitur canis non latrat; modò os habuerit ad mandibulas plenum. *Canes rabidi non latrant,* ait *Epiphanius.* *Hæres.* 78. Ita qui cæci speculatores. Ex silentio patet rabies (Vetnacule: *Rabian por los regalos, y por los regalos rabian*) igitur ni concitanti rabie munerum buccas impleant, ad flagitia saltem os aperient.

Epiphanius.

Iuvenal. 7. v. 6.

Theobald.

Rav. Text.

Martial.

Habac. 2.

Lac. 1. 20. & Baruch. 6. 40.

Muneribus, connivent criminibus.

Satur est, cum dicit Horatius Heochoe. Magis satur, si nil dixerit.

10 Cum Demothenes causam patrocinanti Aristodio, interrogasset, quantum mercedis accepisset, & respondisset: *Talentum;* subrisit dicens: *Ergo plus accepi ut tacerem.* Ita refert Theobald. *Anguilbert.* *Mens. Philo.* Tract. 2. cap. 17. *Ravif. Textor.* 2. *Offic.* cap. 51. articulum indicat. *Demosibones* (inhi) à *Mileis corruptus, cum possidit à concione flagitaretur, ut in eos orationem haberet, excussit synanchem* (Latine Anginam, qua fauces præcluduntur & occupantur) *unus autem è turba suspicatus id quòd erat; exclamavit: In non Synanchem eum pati, sed Arganchem.* Id est, argentum fecit, ne possit hincere. Alludit Martialis lib. 1. *Epigram.* 96. *Iuvenalis:*

Quòd clamas semper, quòd agentibus obstrepsis Heli,

Non facis hoc gratis, accipis, ut taceas.

Percipitur modò sensus plurium Tautologiarum, de quibus in *Liter. exposit.* nimirum: *Surge, dicit, lapidi tacenti. Eris tacens & non poteris loqui. Mutum non posse loqui; & sic alia.* Contra huiusmodi conditiones ad iudicia vertitur scena, & pervertantur iudicia. Munera versant, ac iudices mutant. Unde si clamant leges, mutescunt iudices? Plus accipiunt, ut taceant, quam ut hincant: & de tacente dicitur, non posse loqui; quoniam Præsides, dum munera urgent, possunt loqui, verum tacent. Afficiuntur angina, seu argentangina, collo adstricta ad speciem faciæ, ut indicentur fauces præclusæ, quæ donis duntaxat sunt præoccupatæ: & cum loqui possint, silent, quin auriangina nec verbum loqui possint; quippequam interventione muneris, silent tacentes ad crimina tanquam lapides. Inconscium utique, mutum non posse loqui. Siccine Præsides possunt loqui, & facti muti. Loquuntur dona, quic-

quid verbis potest promere iustitia. Illorum strepitu hæc privatur vocis sono. Nil mirum: silent leges inter arma: quid inter munera? Qui non possunt audire, non possunt loqui. Qui munera aspiciunt, cæci munera vident; sed nihil audiunt. Si vident connivent. Semper mihi suspectum silentium Præsidis, subodoratis muneribus præ flagitijs. Xenia vehementer ocludunt fauces: tacentque potentes loqui malignâ in ius taciturnitate; quippe dum munerum adiuntur (peius, exaudiuntur) voces, tacent iudices & leges. Illi cuncta silentio rabidè radunt; sed vel digni

Murmura cum secum & rabiosa silentia ro-

dunt. Sic profectò: verum quid ubi silentij expense sis tacentes frustrantur voto? Quicquid siluerunt, loquuntur. Iam non canes muti, sed canes, qui prædâ penduli, allectique eius umbra colore, percelluntur

Streptitu, iudoque iocanti Taciturna silentia rumpi.

11 In cæcitate huiusmodi Præsidum fietet propter scandala, his artibus, ut legibus germinata que glificencia, asperimæ prorsum inveciva; sed *Tom. segg.* servata: tunc quæ videtur maiestatis auctoritas, partebit oculata cæcitas, & flagitiorum impunitas. Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dedit; *salvus erit:* dicebat ex usu iudicum, seu abusu Alexander Severus, ut in eo refert *Ælius Lamprid.* Quid ab improbis immortum, ubi

Omni ex crimine lucram quaestum?

Altissimo enim intuitu inter Ægyptios Iustitia significata per oculum, ne iudices Nemetis reposeret in supplicium. *Hæc nos in iustitia ministris inesse debere intelligamus licet: vos enim mentis acie ad veritatem abstrusissimam penetrare oportet: item eâ puritate debent esse præditi, qua castæ virgines solent esse* (ait Vinc. Chartar. in *Fortun. imagin.* fol. 309.) *ita ut neque donis, neque blanditijs; neque alio quovis se corrumpi unquam sinant. Opus est, ut seipso improbis formidabiles, innocentibus benignos ostendant.* Aliter icti lapide canes, de quibus optime *Alciatus Embl.* 174. ex Platone 5. de *Republ.*

Sic plerique sunt veros elabier boves, Et quos nulla gravat noxia, dente per-

tunt. Ergo iustitia signata per organum lucis, ut perdidant iudicantes. Non novum in Scriptura. *Super lapidem unum septem oculi. Sc-*

Perf. 3. v. 81.

Iuvenal. 4. v. 584.

Lamprid.

Iuvenal. 1. v. 24.

Chartar. Cur iustitia signata per oculum?

Alciat.

Zachar. 9. 2. 4. 10.

tum oculis plentim: *Exod. 1.* Animalia plena oculis ante & retrò: & intus plena sunt oculis. *Apost. 4. 6. 8.* Cur igitur purissimi iudices toties conferuntur oculis? Ut clareant egregie iudices. Oculi nihil recipiunt, nec capiunt: si aliquid casta intromittitur, plorant; anigmataque iudicium, in acie exprimitur oculos: ut discant in causis reno- vere sumum muneris: equidem ita iustitia conditionis delicatior: ut si aliquid recipiatur, quantumvis leve, dolendum, & præ dolore plorandum. Si aliquid intrat, obcæcat, lachrymaturque oculus, quousque removeat. Remedium peritus querit, dum oculos illic claudit: igitur in cæcitate imminentem ex acceptis muneribus, incogitanter iudicibus, haud promptiora remedia nisi ad ingressum arcendum claudere ostia.

Et etiam iudicet

Exod. 13. 8.

13. Hinc elucet, quomodo *munera exlascant*: siquidem oculi nil vident, si quid recipiant: perperamque iudicabit, qui uti cæcus ad leges causam non videt. Incireò qui superbi dicebantur *Canes muti*, etiam signantur *speculatores cæci*. Nemo ad speculam cæcos statuit; quippe his vigilibus maros hostis habebit. Specula causarum, sunt oculi iudicium, qui ut iudicent iuxta leges, removere debent obicem acritatis; quæ quidem impetè in nocentem contrahitur, ubi in lumina quiddam uti alienum introducit, ni palpebræ claudantur, dum munera ad iudicij errorem introducuntur; accipientesque munera Reipublicæ oculi dicuntur cæci; quippequam per dona accepta decreverunt cæcitate. Creperum nonnunquam in cæcis de causarum coloribus iudicium, ni iustitia abstergat lachrymam ab oculis eorum. Oportet (dicitur à Iustiniano *Novell. 25.*) *purè sumentem administrationem, præ omnibus alijs mandas servare manus Deo nobisque & legibus & nullum contingere lucrum neque maius, neque minus. Deo, quia inhibet; nobis, ne videatur munus datum præ muneribus: legibus, ut subsistant; quippe evanescunt iura, modò prævaluerint dona. Non licet iudici vendere iustum iudicium (quid, si pravum?)*

Unde cæci

Novell.

Decret.

Bestiæ autem advocato vendere iustum patrocini- um, & iuriconsulto rectum consilium. Can. 71. Non licet. 11. quest. 3. & Non sanè. 14. q. 6. Longè à consilio in munuscula inclinatio: equidem quem vexat affectio, minime videt: bis in tribunal iudicem, sed ineptissimi vultu.

Donisque furentem;

13. Haud damnanda in muneribus mutuis amicitia; sed iudiciorum commercia titulo gratitudinis, qui stimulus pravita-

Virgil. 1. *Enid.* v. 663.

tis, atque faciliè cognoscitur, si amicitia non inferitur: igitur nec iudex faceret contra legem, ni munera recepisset; nec munificus sine huiusmodi intuitu xenia independens offerret. Pende dona à Domino accepta & repulla. Oblulit Abel, oblulit & Cain: *Genes. 4. 4. respexit Dominus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respexit.* Abel erat amicus, Cain inimicus: & illius munera respicit, huius nec respicit; quia sicut iustum, haud contristari amicum, ita repellere munificum adversarium: qui quidem nullo modo dona offerret, nisi dependentiam ambitiose cogitasset. Dona nonnunquam suspecta, quò non intervenit amicitia: Caique noluit respicere dona; ut iudex videat, quomodò sese gerat: etenim ubi finis inurbanus fordide dependentia; neque offerentem neque munera respicere: indignum enim erat, quòd eius muneribus placaretur, cuius mores uti pravos averfabatur. *Respexit ad Abel, & ad munera eius.* Amicitia demonstratur & splendide sic: primò respexit Abel, contra humanæ aviditatis consuetudinem; quæ avaritia amicitia pervertit ordinem: igitur respexit ac suscepit Deus munera propter Abelem, non Abelem propter munera. Homines respiciant, quid offertur, non à quo quia illorum tantum æstimationi quid. Non est amicitia sed quæsus. Respicitur munus propter munus. Deus primùm respicit personam, intendens per gratiam in amicitiam; homines autem in munera oblata, cognoscentes tantum munera: equidem modò dentur; sine delectu accipiuntur, à quocumque etiam per errorem offerantur. Obiter nota, quantum in comitijs ambitus, dum meretur honorem fordide quæsus. Debet eligi qui dignus munere dotibus, minimè cuius dotes à muneribus: cum commodum queratur, per munera eligendus cognoscitur: siquidem haud respicitur quid ad honorem dotium habet; sed quid muneribus dedit. Nonnunquam electiones suspiciosa, ubi comitia pundant. Honorabilia; si dotes eliguntur & non dona: igitur turpitudinis signa, quibus facies Reipublicæ florent, si inrenditur electione, quid datur, vel quid derint.

14. In nostrum ergo institutum. Aliquibus videtur non bene convenire maiestatem & amorem; quasi non deceret ab amico signa benevolentia sedentem in maiestatem: maximè quia dare, donisque favore tessera Principum; quia qui maiores sunt benefici vocantur. Profectò falluntur. Natum inquirebant ab Oriente Reges Regem

Quando & quomodò accipienda munera?

Marth. 23. 13.

Cur accipienda munera ex amicitia?

Textor.

enius supremam amantes venerati maiestatem. *Ubi est, qui natus est Rex? Inquirentes invenierunt puerum, & procidentem adoraverunt eum: & aperti thesauris suis, obtrulerunt ei munera.* Intende: primùm puerum venerantur, deinde munera libenter offerant. Non se, sed illum sollicitè querunt: igitur si se quærerent, adorarent muneribus maiestatem, & illum quærentium munera protestabantur amorem; quin signa dilectionis splendor expelleret maiestatis. Etsi amicus sit in honoris gloria, dignitate nequaquam dirimitur amicitia. Verùm cum suspecta dona sint, ubi amicus in sublimioribus est; ut cuncta prudenter agant puerum Regem adorant, & puerum munerant: equidem haud dissonum, quod quilibet adoretur ut Prælatum, & donis honoretur ut amicus. *Nostrates: Que regale ad Superiorem, mas como persona particular.* Honorare cupiunt, sed offerentes munera respectus prudentissimè discernunt: igitur Regem inquirentes, & muneribus demonstrantes amorem; puerum dicant & non Regem. *Ætas indicat pueri in hominibus, quòd necdum in puero rationis usus. Rex adoratur, puerque dicitur dum minus offertur; quippe tantum pro prepundijs puer in maiestatis gloria, quibus accipere munera. Sicce videntur quam periculosa ad iudicium, cum discretione imprudenti personarum: equidem iustitia cæca pulchriorem possidet formam, ubi in iudicibus videt oculos ad causam. Aliter videns cæcutit, quippe non causam, sed munera videt. Taxat Ravilius Text, *Epigramm. 7.**

Iustitia extiterat quondam sine lumine, sed nunc Iustitia visum munera restituant.

DIDASCALIA V.

Mala progenies otiositas, curiositas & garrulitas.

Smaragd.

Silentium anime custodia.

Silentium virtus eximia; utpotè animæ custodia. *Taciturnitas* (ait Smaragdus in cap. 6. *Regul. Sancti Benedicti.*) est virtus humilitatis, iudicium gravitatis, nutrix virtutum, custos animarum. Sanè mentis custos, atque religionis decus; quippe religio vana regimine, sine linguæ religione, vasa inaniam tinnitu sese prodentia,

in quibus nec mentis gutta: quandoquidem quicquid stolidus audit, totum per rimulas effluit. Concipit autè, brevique fecerim efformat; unde cruciatur ut pariat. Angor illi quies, arcanis datur scabies, pufque vomit, quoniam in pectore prurit. A seipso decipitur:

Quis minor est autem, quam tacuisse, labor?

Sed garrulo summus; quippe ubi præ curiositate centum lumina, in voces & voces totidem ora sonant. Garrulitas adinstar famæ pro veste, potius pro corpore, habet oculos, aures, linguas, ut sape diximus ex eodem Vate, lib. 12. *Metam. fab. 2. & Virgil. 4. Æneid. v. 181.*

Cui quot sunt corpore plumæ, Tot vigilis oculi subter.

Tot lingua, tot subrigit aures.

2. Eadem vestis seu corpus silentij, verùm sine ornatu linguæ; etenim semper ad visa & audita tacet. *Stigalton* (idest, *Silentium*, ait Martian. Capella lib. 1. *Philolog.*) ad os compresso digito salutari pingebatur: *facie sed indistincta ac informi, caput pilos contestam habebat, lupina pelle indutus, qua oculis atque auribus plurimis erat distincta.* Idem videtur apud Charitarium in *Minerva. fol. 250.* Habitus indicatur adversus garrulitatem, quæ linguis innumeris aptat simile ornamentum in perniciem, curiositate genitrice, auribus, oculis, linguis datis pro dote. Facies silentij non deformis, sed informis ostenditur, quippequam non silentium, si cognoscitur. Astruit Senec. *Epist. 68. Multi aperta transeunt (inquire) condita & obruta rimantur. Furem signata sollicitant: vile videtur quicquid patet: aperta effractarius praterit. Hos mores habet populus, bos imperitissimus quisque: in secreta irrumpere cupit. Optimum itaque est, non iactare otium: iactandi autem genus est, nimis latere. Apprimè: haud silentiose observat arcanum, si dicit silentium. Hinc apud Lucret. 4. de *Rer. natur. v. 585. Taciturna silentia: & Mantuan. Ælog. 6. v. 70. Arcana silentia: igitur nimium sape silentium dicit silentium arcanum. In propositum plures Tautologix. Obmutui & non operui os meum. Tacui semper, filii. Itai. 42. 14. & Ier. 48. 2. Tace, obmutese. Marc. 4. 39. Tacuerunt, & nemini dixerunt. Luc. 9. 36. sic alia, de quibus in *Liter. & Paratit. Geminatio* sensus sententiarum, quia eisdem, videtur quasi una periodus, sed patet distinctus sensus: etenim sape dicitur, quod affectatè fit letur, quoniam à silentio dicitur. Elucet in Martha, quæ silentio vocavit sororem. Si-**

Ovid. 2. *Amor. Eleg.* 2. v. 18.

Virgil.

Imago silentij.

Martiani

Senecæ

Ne pateat arcanum etiam silentium.

Psal. 38. 16. Itai. 53. 7.

100n. 11. 28
Ecclesi. 4. 25

Prov. 6. 13
Natus in
pravo loqua
cer.

Stat. 2. Thebaid. v. 3574

Chartar.

In quo ma
xime virtus
silentij

Apollon.

Rectificat.

Cant. 4. 3
Quodnam
in silentio
eloquium?
Geg. Mag.

lentium non est; si cognoscitur silentium. Erubescendum, dicit Siracides, à salutari- bus de silentio: primum enim in arcanum inter- est, parere verbis, si dicitur oculis. Ha- sunt conditiones irreligiosi, moribus aposta- ta, viri inuicilis: Graatur (ait Salomon) ore per- verso, annuit oculis, terit se se, digito loquitur. Arab. Cuncta indicat nutibus. Hinc maior vitulentia in cordis perveritate; quia cuncta dicit & non loquitur ore. Plus signifi- ficat, quam dicit huiusmodi silentiosa lo- quacitas, qua palam sit cordis & oris per- veritas.

Ut saxa abrupta quibus mons
Subtrahitur, clivoque laevis pendente recedit.

3 Lupina veste induitur silentium, quam respuit curiositas in saltidium. De lu- po dicitur (ait Chartar. d.) cum quem prior ipse viderit, mutuum reddere. Propria silen- tij vestis, ut visa signentur labijs, ori positâ custodia, quasi non visa: igitur ita à silentio fillandum est verbum, quasi si vidisset lu- pum. Aetius dicam in vitam per silentium religiofam: velis lupina ornatur oculis & auribus, ut silentij clareat virtus. Hand ma- gnum tacere; si non est, de quo lingua pot- test dicere. Magnum, esse Argum, leporem & piscem. Sine linguis, verum veste lupina, auribus & oculis silentij ornatur stola; ut virtutis silentij promineat summa: etenim in huiusmodi virtutis summum, ex tot visis & auditis in lingua nec ullum verbum. Inter Ethnicos frequens usus sacrificij linguarum: de quo Pier. Valer. lib. 33. cap. 40. Natal. Com. 1. Mythol. cap. 10. & 5. cap. 5. latèque StucK. de Sacrific. Gentil. n. 224. Unde Apol- lon. 1. v. 70. succinit:

Interea accessit fundant libamina linguis.
Hic signatur vita religiosa, ac in illa accep- tor Numinis victima: etenim nullam maius religiosum obsequium, quam silentij sacrifi- cium. Mercurio maxime dicabantur linguae, qui quidem Numen sapientiae: tum quia scit loqui, qui noverit tacere; tum quia plene adipiscitur sapientiam, quicumque Deo per silentium scit consecrare linguam. Vita coc- cinea labia tua (Ricard. à Sancto Victore hic: Silentium tuum) & eloquium tuum dul- ce. Quomodo eloquium & silentium? E si- lentio planè dulcius eloquium: igitur ostendit Sponsa dulciter vocem audire, qua scit visis & auditis linguam Deo per silentium consecrare. Loqui veraciter novit (inquit Gregor. Homil. 2. in Ezechiel.) qui prius bene tacere didicerit. Hinc eloquium & silentium: hinc è silentio dulcedo, & virtutis magnitudo: igitur ita tacet labium in auditis ac in visis; quasi non haberet voces. Hoc intuitu

per linguam apud Aegyptios silentium signifi- ficatum: subdit ibid. Pierius, cap. 43. Elu- cet religiosum sacrificium: quandoquidem in silentio quod magis insigne, in lingua ha- bere voces, sed sepultas intra silentium ha- bere. Ponitur ori custodia, à taciturnitate preparata; ne labatur religiosa lingua: igitur dum verba conantur egredi è pectore, compefcuntur à custode, ne quid possint in præcipitum exprimere.

4 Modò percipitur principalis Tauto- logia. Tacuit, & non respondit quicquam. Siluerunt, & non responderunt verbum. Quorsum ergo in respondo nullum verbum, si tacuisse dictum? Virtus silentij exprimitur contra garrulitatem, hominum vitulentissi- mam pellem; qua quidem ita procax, ita pervicax; ut labijs perverissimè dolosis, lo- quax & loquax invenitur sine verbis. Prin- quam veritas facris astruatur, Plurarch. libell. de Curiosis. audiatur. Mali corvi ma- lum ovum. Quid nisi venenum genimina viperarum? Garrulitas oritur à curiositate; curiositas ab otiositate genitrice: si vitulen- ra harum furiarum proprietates, mala prog- nies otiositas, curiositas, & garrulitas. Cu- riositas (inquit) qua studium est aliena mala noscendi; videtur non intactus invidentiâ morbus, neque ab improbitate deesse. Quid alienum certis oculis lynceis, ad propria ca- cutis? Quid interest scire, librum aquas quot habet, vel folia quer- cus?

Nunc ut in Lamia fabula perhibent, carere domi luminibus, ac in cista habere: & for- ras dum prodit, assumere. Cum magnâ im- pendentiâ aliorum origines excurrimus, vi- cini Syrum avum fuisse, aviam Thrasiam, tria illum talenta habere aris alieni, neque usaram dissoluisse. Exquirimus etiam, unde huius reversa sit uxor, quid ille & illi seorsum locuti sunt in angulo. Scatet omnis generis vitijs animus, horrensque & timens interna, exilit foras, & circa extranea pascens, & Jazinans improbitatem suam vagatur. Curiosi mens simul in locupletam cellis, in casis pauperum, in aulis Regum, in novarum conclavibus nuptiarum; siquidem curiositas est libido sciscitandi arcanorum re- conditorum, & malevolentia: utraque ex- vitio indomito & belluino prognata est pra- vitatis. Hac enim nunc anxie odorans seles- sus obambulans, ac in Rostra, in forum, in portum volat: Nihil ne novi? Itaque rectè Locrorum Magistratus, si quis rogasset, Nunquid novi, multam ei dicebant. Rerum investigationi garrulitas fore est comes: qua- enim libenter audiunt, & bas essantium liben-

Inspicit sicut
in sacrifici-
um.

4. Reg. 18.
36.
Hai. 36. 14.

Garrulitas
sine verbis.

Descriptio
curiositatis.

Plurarchi;

Agrippae?

Et Caeruli-
griis.

Orat.

S. Bened.

Bugnot.

Quam no-
xij in Mon-
asterij gar-
rulis

ter: & quò exire colligunt ab alijs, ea apud alios late effundunt. Adeo est cum dulcedine quadam amara curiositatis titillatio, & in- far ulceris, quando pungitur, semetipsa cruentas: siquidem calumniatorum natio ex curiosorum curia & domo est. Ibi namque reperies ruinas virorum, feritatem morum, suprafeminarum, insidias seravorum, ami- corum calumnias, venenorum instructiones, invidias, obreclationes, naufragia fami- liarum; eiectiones Principum. His exple te ac oblecta maligne.

Talibus at gaudet diçis, atque admoveat
naves.

Nugatur garrulus usquequaque, in foro, in theatro, in ambulatione, interdium, noctu, medicus morbo gravior. Omnem facti gratia verborum importunitas vitiat. Garruli dum diligunt volare, odio sunt: dum in seruire stu- dent; obprepunt: dum esse putant se in ad- miratione, deridentur: dum lucrantur, nihil capiunt. Ledunt amicos, inimicos prosunt: addit libell. de Garrulis. Haecenus Plutar- chus, cuius quia aurea, contra morem pro- tracta sententia. Brevius Horat. 1. Epist. 18. à v. 68.

Quid de quoque viro, & cui dicit, sepe vi-
ato.

Percussitorem fugito, nam garrulus idem
est.

Nec retinent patula commissa fideliter au-
res.

Et semel emissum volat irrevocabile ver-
bum.

5 Contra curiosorum garrulorum morem Monachorum Pater vibrat fulmen: etenim Athenienses, si uti superstitiosi ad ni- hilum aliud vacabant, nisi aut dicere aut au- dire aliquid novi; quia in aliud vacandum in Monasterio, cap. 67. Regul. Sancti. inquit. Nec presumas quisquam alijs referre que- cumque foris Monasterium viderit, aut au- dierit; quia plurima destructio est. Bugnotis hic.

Neu sit fas quaecunque foris audita referre:
Hac quem culpa notat, poena severa
domet.

Nil aliud ex huiusmodi garrulitate in ludi- cam curiositatem; quam servare relicto sa- culo fidem; & studere fabulis hinc inde ad- vedis, ut vacuis implent sermonibus au- res, passim commenta vagentur, mistaque veris perueria vana fingantur, millia rumo- ram confusa verba volent, facta atque in- facta otiosissimè demonstrent; & ubi inutilis claustris rumoris error; auditis aliquid no- vus superponat auctor; ita ut notitiam au- ditam ignoret, qui studio fixie, vel ut veram

primò peperit. Estne quid ineptius? Dicit Plaut. in Milit. Act. 3. scen. 3. v. 5. Stultitia atque insipientia insulsa & maxi-
ma.

Dicit Sirachus: Stultus à fenestra respiciet
in domum: Stultitia hominis auscultare per
ostium. Fenestra est in cubuli lumen, &
stultus facit curiositatis fomitem; ut novi
quid dicat, dum otiositatem laedit: equidem
cum non consideret odio haberi, qua in-
tendit diligi, simulque derideri, dum ad-
miracione putat in caelum extolli, neque at-
que sine invidiante à tergo poenâ præterire
clausuram; currit sedulo in fenestram, ut in-
de verbosè enarret quae viderit vel non vi-
derit. Ut limina habeant lumina, claudun-
tur cellula; sed curiosus quatit ruinas, ascen-
dente morte per fenestram: igitur ex fe-
gere huius curiositatis, haud alius fructus
præter virulentas inanes cogitationes. Non
est tibi necessarium (praemittit, cap. 3. à 23.)
ea quae abscondita sunt videre oculis tuis. In
supervacuis rebus noli scrutari multiplexiter,
& in pluribus operibus eius non eris curiosus:
igitur quae videtur oculorum curiositas, in
animo sedet pravitatis.

6 Iccirco addit: Stultitia hominis
auscultare per ostium. Hugo: per rimulas, Hago,
per foramina subtiliter. Si stultus qui per ri-
mulas respicit, quid ad rimandum, si facit
Aliquid querit, quod non videt; & videre
cupiens fatagit: igitur ni improbitas cor ur-
geret; per recta & ostia quid agitur non in-
quireret; per curiositatem stultus cognitus
etiamque malignus; comprobans innocen-
tiam per pravitatem curiosam: quandoqui-
dem nec signum criminis invenitur, dum
ille subtiliter per foramina rimatur. Malevo-
lencia patet, dum crimen querit. Dicit qui
suprà Plaut. in Stich. Act. 2. scen. 1. v. 55.

Curiosus nemo est, quin sit malevolus.

Animus pravus in notam livore punctus, elucet investigatione solidus: igitur dum querit alterius per foramina delictum, fo-
ribus patulis suum exponit animum vitulen-
tum: non enim fludere proximi criminatio-
ni, ni virtus inest peccatori. Haud è infamia
erubescit, modò livorem fatiet: siquidem
ni foverent viscera putrida; defectus proxi-
morum non quæret laboriosè per foramina.
Quid insidiaris tua abscondito; Vaser, qua-
si leo in spelunca sua? Ut interficias innocen-
tem? Quæretur peccatum illius, & non inve-
nietur, quantumvis queratur, citò investigat
malignitas, ut spargat in plateas.

7 Inspiciamus in umbra silentij virtutem & malignantium nocentiam garrulitatem. Per manus apostolorum fiebant signa & pro-

Plaut.

Ecclesi. 21.
à 26.

Monachus
curiosus abo
minandus.

Ecclesi.

Hago.

Curiosus,
dum in aijjs
querit macu-
lulam; a-
sternit prop-
riam stul-
tiorum, &
aliorum in-
nocentiam.
Plaut.

digia multa in plebe; ita ut in plateis eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Intra domum erant iacentes, quos gravabant in quantum infirmitates; sed minime quarebatur pharmaco sanitas, quin insaulte dispalesceret infirmitas, molitudine languentiam; igitur nulli gratum, quod domi abscondita, corporis molesta infirmitas, a ministris non expelleretur, sed eijceretur foras. Vernaacule: *Ninguno agradece que sus defectos se los echen en la calle.* Habet enim ex cognitione aliorum erubescendum, sed non habet ad languorem, de quo pudor, medicinam. Quid faceret, qui risuosis fovens curiositatem, quemquam vidisset languentem? Haud expers garrulitatis animus, cum ministri cum lectulis languens deportarent corpus: equidem cum non vidisset ut sanaret aegrotum, sed duntaxat ut indicaret infirmum; quæ domi latebat infirmitas, femioverbis proieceret in plateas. Hæc sunt officia otiosorum magistræ curiositate, ubi ab illius totius domus tacta rimula: igitur ita vigent studio malignitatis; ut exponant quos non viderint, vel viderint domi sepultos languores. Remedium gravius est morbo, huiusmodi medicatio: quandoquidem languor manet sine ulla in subsidium medicina, etiam vulnerata fama. *Anima peccati causa latens* (infit Gloriosus Benedictus, d. cap. 46.) tantum Abbat, aut spiritualibus senioribus patefiat, qui scient curare sua, & aliena vulnera non detegere aut publicare. Fatuitas aegrotis ei qui nequit apponere medicamen, exponere corporis aegritudinem: ad nihil aliud dicitur, nisi ut imprudenter evulgetur: committiturque salutis optate diligentia scientibus abscondere vulnera; quippequam facilis etiam purrida ceratur, dum vel remedia absconduntur. At quid ad vulnera sananda: *Qui scient curare sua, & aliena vulnera?* In garrulos invehitur, a quo vulnerum medicamen optatur: ut saltem per infamiam labijs apponant custodiam. Vulnerum sanè contrahit, quia vulnus alienum scit, & scire dicit: & ubi languorum latentium prompta sollicitatur medicina, dicitur curari propria & aliena; quoniam quilibet per garrulam ostensionem suam cum aegritudine aliena ostendit malignitatem.

8 In aegrorum sanitatem intendit Petrus, quippe aliter à ministris in medicamina modos. *Ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum & sanarentur.* Accinit Arator hic à v. 135.

AR. 5. 15.

Non curatur languor, si eijceratur at evulgetur.

S. Bened.

Etiam ad sanitatem ne cognoscatur vulnus, medicina fienda.

Ibid.

Ad signa salutis
E cunctis properare locis, & pestibus agros
In lectis deferre suis, quos urbis in illa
Parte locant, qua sacra tenet vestigia Pe-
trus.

Petri umbra est languorum medicina? & valida ad consequendam salutem, contra curiosorum otiosam garrulitatem, defectus proximi effutientes in fora, quo exulcerantur vulnera & læditur fama: unde umbra Petri transeunte, desperati in lectulis resuscitantur sanitati; quoniam eodem pharmaco quo aegritudines sanabat, in salutem abscondebat. Fama levis est, debiliior honor, quem etiam verbi deveniunt vapor. Obumbrabat Petrus, & cuiuscunque sanabat vulnus. Miraculum sanè insigne: non ita magnum si accideret domi: equidem cum ibi infirmitate secreta esset integra fama, medica quibat accedere umbra: verum maius miraculum in miraculo per umbram sanati à Petro cum languores iacentium iam essent publici in foro. Idem concinè à v. 467.

Dubiique à morte remoti
Exerere caput, sed non deprehendere visum
Autorem potius boni, quibus ardua virtus
Occultat quam præstat opem. Dat medicina
latens.

Pende: Umbra obumbraret. De Tautologia agemus suo loco: Tom. 8. T. 4. Umbra obumbrare, hoc est, umbrâ tangere, ut salutis concederet mirabilem medicinam; per lucis absentiam. Ergo aliter aegrotos solebat sanare Petrus: utique, ut citius possent apparere sani, relicta viscerum peste. Cur igitur modò dicitur in commendationem prodigij miraculum singularè ex umbra umbræ? Ut cognoscat ad præfationem salutem dexteritas medici. Quidam languores sanantur silentio, quippe medicina, nulla languoris cognitio; siquidem ulcus, maxime lauciata fama, non coit, sed retrum in peius it, modò vulnus videat Sol. Nil videndum, ut sit prodigiosum pharmacum, & pateat hominem languorem non habere, sed nec habuisse: umbraque salutaris Principis Apostolorum obumbratur, ubi aegritudinum pestis à languentibus expellitur; quippe si umbra medicina, etiam medicina in salutem abscondenda. Optima infirmitatis curatio, dum indicatur non eguisse remedio. Lux quippe sanitatis & salutis in umbra prodigiola medicaminis.

Morborum cecidere greges; & fluxit ad omnes
Improvisa salus, quam corpore fusa sereno
Luminis umbra creât.

9 Iurè damnatur Iscariotes; qui noluit

Arator.

Occultatio vulnorum, nobilitas medicæ pharmaceuticæ.

Idem.

Idem.

Idem.

Id. v. 465.

Id.

sanari teste duntaxat conscientia vulneris: igitur ita appositum ab Archiatro in sanitatem pharmacum; ut ex tot præsentibus nemo sciret discombentium. Occurrit argumentum grave, Ioannes interrogavit: *Domine quis est?* & Dominus signis dixit. *Ille est.* Quomodò nullus scivit discombentium, dum à Ioanne cognitum? Quippe cognitum à Ioanne, qui quidem vulnus non sciebat, ut carperet palamque proferret; sed ut silenter viscera virulenta curaret, si posset, & saucius vellet: & quod secreto cognovit, prudens nescivit; quippequam quasi nescitur, quod per secretum cognoscitur. Patet: totum latuit sub sigillis, quantumvis sollicitatus à Petro; ut per vulnera inferenda, cordis perfidi dispalescerent vulnera. Econtra otiosus quod nescit scit, & garrulus profert: equidem cum maligni concipiunt ut entitatem, languoris cogitationem; secundum pravitatis cordis abominabilem formam, cogitaverunt & locuti sunt nequitiam. Vide dicta Tom. 5. T. 6. D. 3. Qualis unusquisque est, talis finis ipsi videtur; quia ex abundantia cordis os loquitur, ac ex corde exeunt cogitationes pravæ; curiosi per foramina respicientibus, an effectum sortiantur cogitationes, aut verba quæ hauserunt avidissimè aures; quoniam non credunt quæ vident, sed quæ videre vellent: & cum nullo modo videant; ut effusurè possint, videre cogitant. Considera ex conscientia phantasia ludentem. Cainus occidit fratrem, obijcitur à iudice crimen, dicitque: *Omnis qui invenit me, occidet me.* Unde huiusmodi cogitatio? A perpetrato homicidio. Præsumit, quod ipse faceret, eliciens è corde cogitationem, atque sociam pravitatem: etenim reterrimus cogitat, quod necdum ulli in mentem venire quibat. Sunt enim verba præcipitationis, ex malitia innata peccatoris.

10 *Tota die* (in malignum dicit, qui indigna passus David) *iniustitiam cogitavit lingua tua.* Unde ergo iniustitia, & die tota? An quia tota die garrulus, dicit quod concepit peccatus? Ut quæquæque, in foro, in theatro, in ambulatione, interdum nocturne per phantasticam cogitationem, pascens laginæ cordis improbitatem. Disperdat Dominus univerfa labia dolosa, quippe eramina univerfa. Sed unde crimen? *Dilexisti* (infit) *malitiam super benignitatem: iniquitatem magis, quam loqui æquitatem.* Crimen est non solum in ficto, sed in factò. Quilibet res duas ansas habet ad illum qui actionem videt: pravaltque in curioso detractore malitia, viperæ lingua dolosa, cogitante ini-

Ioan. 13. 28 à v. 25.

Defama pro simi quod probus scit, nescitur pro bus etiam quod ignorat profert.

Genes. 4. 14

Psal. 51. 4.

V. 5.

Top. VI.

stitiam, unde inferre valet gloriam: remota benignitate, & apposita malitia in actione indifferenti: malevolus, malitiosus, iniustusque dicitur, dum malignè de proximo sine cogitatione loquitur; quoniam cum possit accipi operatio in quid illustre, nonnunquam præcipiti iudicio dirigit mentem in deterioiorem partem. Benignum iudicium est; in decus proximi operationis iudicium; quod fugit in iniusto rationis sensum, ut amplexetur crimen, eligens malitiam super benignitatem: sequeque malignum profert, dum terminatè quod indifferens dicitur igitur indicat in corde malitiæ copiam, eligere ut garrat malitiam propter malitiam. Magna fecit Dominus, educens quandam de potestate demonis, quo cognosci quibat cuius potentia virtutis. *Admirata sunt turbe.* Ex admiratione encomium iurè compactum. Cæterum quodnam Pharisæorum de miraculo iudicium? Dilexerunt malitiam super benignitatem. Ex gloria insigni confixere crimen. *In Bethzebat principe demoniorum eijcit demonia.* Effulgurat cordium malitia ex actione illustrissimè gloriosa: igitur ita mancipati livori & odio, pravo corde atque iudicio; ut ne cederet miraculum in gloriam Christi etiam miraculum attribuerent satanae. Iudicium sanè perversum, verum pravorum iudicium: equidem plaudunt miraculum uti crimen, factum uti par erat, in orbis admirationem. Aranea sunt: surgunt in mortem & virus viscerum, quod apes in vitam & alimentum. Iuxta condiciones pectoris sunt utiles ac inutiles cogitationes: Pharisæi cavillatores sunt: cor eorum & pravum & vanum est: quandoquidem dum alij celebrant novitatem miraculi, pessimi cogitaverunt iniquitates in corde.

11 Concepto scelere à Iuda, in eiusque corde iam sedente satana: illi dixit Dominus: *Quod facis, fac citius.* Contra conferentem dona, moliris mala. Fac quod libuerit, nil timeo. *Fac quod facis, & cito tuis.* Quid? Pessundo. Sine proditorem pupugit, & perfidiam à se cognitam ostendit: sciebat enim quoniam esset qui traderet eum. *Hoc nemo scivit discombentium: quidam enim putabant, quæ dixisset ei: Erne eis que opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret.* Elegerunt benignitatem super malitiam, quanvis subodorarentur indolem pessimam. Pharisæi autorem miraculi cogitatur demonium, etiam stupentes ad miraculum. Actio Christi profectò sanctissima: cogitatio verò Iudæ omnino prava: quare ergo in sanctitate cogitatur pravitas, & in pravitate benignitas? Quia

Christus est garrulus malitiosus & malevolus.

Luc. 11. 14.

V. 14.

Constat inter pretatur & exponit su mistè.

Ioan. 13. 27.

A v. 28.

Iuxta cordis qualitates prædantur cogitationes.

Ecc 2 alij

alij pravi, & alij iusti, cogitantes iudicium aucta qualitates cordium. Unde demonem iusti cogitant operturam virtutem, & demones Pharisei Christum abominantur uti demonem; quia hi dilexerunt malitiam supra benignitatem: illi vero propter virtutis formam benignitatem supra perfidiam malitiam. Iuxta cordis dispositionem in virtutes & vitia, proferuntur a cogitatione verba: quare cum ex diametro averfa Pharifeorum & Christi affectarum corda; qui boni malum existimant ut bonum, & iustum improbi cogitant diabolum. Quid mirum, si cogitant? Ipsi ex patre diabolo erant.

12. Exposito à Christo per Eucharistiam miraculorum maximo; dixerunt quidam: *Durus est hic sermo.* Ad huiusmodi audita non est patientia. Unde multi discipulorum eius abierunt retrò. Tunc ad duodecim dicit aperte. *Nunquid & vos vultis abire?* Petrus Petrus respondit: *Domine ad quem abimus? Verba vite eterna habes, & nos credimus & cognovimus.* Singulares prorsum hominum opiniones! Eadem verba & eodem modo à cunctis audita; sed cum diverse essent in illis inclinationes, iuxta fastidium vel affectionem pectoris: alij dicunt loqui grandia & celestia, alij verò nugacissima & fatua. Vividius Nostrates: *Unos dicem, quæ dice divinitas; otros fundezes.* Variam sententiam hominum à tædio vel favore sumentes iudicium; quin cognoscant sensus depravati errorem, qui qui reliquerunt fidem, tenaciter adherentes semel concepto proposito, atque corrupto iudicio: equidem Christus dum celestia illis declarat; dicunt inverecandè procaciter, quod delirat. *Sciens Iesus, quia murmurarent de hoc discipuli; dixit eis: Hoc vos scandalizati? Proh dolor, ac hominum furor! Quod cunctis, etiam celo, prodigium, vel discipulis scandalum? Ita miraculum percussit mentem, quod erumperet in admirationem.* Mirum in stuporem mover, ac detractionem expellit. Iuxta iudicium suggesta cogitatio, iuxta inclinationem cogitationis locutio. Ne in murmurationem exeat, quod Angelicas intelligentias in stuporem invitat: etenim ex miraculo scandalum, indicat pravitatem inclinationis cordium. Hoc insignis fidei amor.

13. Studium garrulorum loquacium in his iudicijs exponitur; ut constet quibus illis scandala oriuntur. Cognoscitur improbitas, in quam illos trahit curiositatis maligni-

tas: pravum utique pectus, cui scandalum ex virtutibus: etenim otiositatis cum garrulitate molimen nonnquam præcepit in inanum iudiciorum temeritatem. *Eò autem magis te terreo ab isto morbo; quod non potest tibi contingere aliter* (inquit Senec. Epist. 40.) *quàm si te pudere deserit. Summa summam hac erit: tardiloquum te esse inbeo.* Laute quidem fratres germani multiloquium & peccatum. Apud Thracos otiosum esse habetur pro honestissimo: ait Herodot. lib. 5. n. 2. & Ravif. Textor. 7. Offic. cap. 48. E contra Draco prior Solone Legislator Atheniensium, statuit; quod morte etiam multarentur, quicumque otij damnati essent: ait Plutarch. in Solon. Vitam crudele decreverunt, sed habet à prudentibus suffragium. Si mors inferitur per gravissimum vitium, quippini per genitricem vitiorum? Qualibet ab otio arrepta notitia, garruli tendunt in linguarum oria, negotia demonum, vulnera honorum, auctoritatis exauctoramen, venerationis nigredinem, navum pulchritudinis, lituram dignitatis, rela ignea diaboli, virus basilifci, quibus malis scabiosus prurit animus, nec est qui se abcondat à calore eius: igitur qui inter illos malignior, plauditur ob ingeniosior. *Plenus est sermonibus* (ait Bernard. de Gradib. superb. cap. 10. & 13.) *inventâ occasione loquendi, vetera proferruntur & nova. Volant sententia, verba resonant ampollofa. Quæ sentitiae? Quæ utilitate? An solâ curiositate? Cum autem pulsat signo necesse est interrumpi colloquium, querit licentiam (si querit) ut ad fabulas revertatur post boram, non ut quemquam adficiat, sed ut scientiam iactet. Dicat, si audiat, rivum vanitatis, flavium scurrilitatis; ita ut severos quoque & graves animos in levitatem concitet rixas. Nescio, sed odor, an hocine intuitu Seraphicus Franciscus otioso dixerit: *Frater musca, Musca intra fila aranearum, dum libertatem intencat, magis se implicat, & intricat. Haud perficit, ni volaret: haud in tota retia caderet otiositas, ni haberet alas. Garruli adinstat muscarum molesti sunt, permissivi sunt: Musca morientes perdunt suavitatem anguenti.* Quæque tangunt coinguant, pretiosiora maculant, ita malignitate praditi, ac curiosi otiositate corrupti; ut dum ut proscindant, fugiunt fila, magis implicentur intra retia, experimentes verbis pravitatem cordis: etenim hinc inde volantes & advolantes adherent araneæ filis. Pingit suis coloribus Tacitus 1. Hist. cap. 85. & 2. cap. 52. *Maligna cura in omnes, quos nobilitas, aut opes, aut aliqua insignis claritudo in omni-**

Ibid. cap. 6. 01.

A v. 68.

Male à corde accepta, irridentur vel miracula.

V. 62.

Iuven. 2. v. 531.

Malitia præcepi in tentantem.

Ille beatus eris, quem non deceperit error.

13. Studium garrulorum loquacium in his iudicijs exponitur; ut constet quibus illis scandala oriuntur. Cognoscitur improbitas, in quam illos trahit curiositatis maligni-

bus oblecterat. Unde plena omnia suspitionum, & vix secreta domuum sine firmidine. Custodire sermones, vultum habitumque trahere in deterius: convitijs postremo ac probris causam vel initium cædis querebant. En otiositatis, filia & neptis officia: eunctorum ibi iugular fama, suffocatur auctoritas, blasphematur dignitas, *Victa iacet pietas.*

Ovid. 1. Met. fab 4.

14. Quid ergo dicendum de huiusmodi maledicis? Quod ægroti? quod deliri? Qui morbo laborant aërâ in palcis serpentes vident, rectè arbitratur videre, quin cognoscant errorem ex cæcitate. Qui in orbe Lunæ (desipientia Prifcorum fuit) habitant, oculos habent præter communem modum, portatiles ad nutum. Lucian. lib. 1. *Hiffor.* oblique intuentur, rectè nil vident. Sequitur conditionem, qui malignè emulatur curiositatem. Delirus est, dum contrarium ipsis visis spectat: orbem Lunæ in tercis habitat: igitur si ab illo non videtur quod videtur; lunaticus est & male patitur. Sua ignorat & propriam cæcitate adinstat Heli (de quo alibi) in visione declarat; siquidem tantum videt iuxta quæ cogitat, vel iuxta quæ casus voce vel rumore advecat. Singulare oraculum erat in Achaia (de quo nobis in Ephemerid. 18. Jun.) ad itatum Mercurij, loquentis sine voce. *Consulturi accedebant* (inquit Maiolos, Tom. 2. Colloq. 1. pag. 361.) *& accessis lucernis, & patrio numismate deposito in dextera simulacri, quod requirebant in aurem status insuffurabant: moxque auribus suis utrisque obturatis, à foro domum properabant, cuius egressi limites, quamcumque vocem sibi, reclusis auribus primò excepissent, tanquam à simulacro emissam amplectebantur.* Vivide in huiusmodi infantia exponitur detrahentium linguarum locutaleia, ac pruritus in otiositate efficiendi quodcumque occurrerit, & casus in fidem dederit: quandoquidem in suffuratis volitis, sine lucernis accensis, cogitationis cum demone scabie consultâ, ac à veritate aure penitus obturata; patent aures ad vagas fuitiles voces, sine connexione ulla nisi ad ostentationem loquacitatis, sed patente vacua mente ex ridicula atque risibili fide: etenim quodlibet vagè volatile verbum, quod rationalitatis debet haberi ludibrium; ab infantis & otiosis celebratur uti oraculum. Audiatur Seneca. *Nil tamen aquè proderit* (ait Epist. 105.) *quam quiescere, & minimum cum alijs loqui, plurimum secum. Est quedam dulcedo sermonis, qua irrepit & blanditur, & non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit. Nemo quod audierit,*

Senec.

Herod. Idem loquacitas & iniquitas.

Plutarch. Cur mori additus, qui vagatur otiosus.

Sunt cæci & deliribus desectibus offectibus. Matth. 17. 15.

Oraculum ridiculum. Maiol.

Bernard. Ferè loquens.

Pisif lib. 7. Cur musca adinstat. Eccl. 10. 12.

Quodcumque vaxun verbum cogitant tanquam oraculum.

Tacit.

tacebis. Qui rem non tæquerit, non tacebis auctorem. Habet unusquisque aliquem, cui tantum credit, quantum ipsi creditum est, ut garrulitatem suam custodiat, & contentus sit unius auribus. Sic quod modò secretum erat, rumor est. Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam. Discat prudens & imprudens, quæ sint vitiorum & calamitatum genitricis, & abortus otiositatis, curiositatis, ac garrulitatis: etenim ut ait Theognis in Parænesi. v. 70. & Auson. Lud. Sapiens. in Pittac.

Senec. Conversatio nisi periculosa.

Loqui ignorabit, qui tacere nescit. Tattus tacere, quam loqui.

Auson. Theoga.

DIDASCALIA VI. Virgo Maria singularis spes nostra.

1. O Virginum Virgo! Quibus te laudibus esseram, nescio. Cæli terræque fulges honos. O facies oculos nata tenere meos! *Gaude sacrum Christi delatram, pulchritudinis atadem, virga Aaron, radix Jesse, sceptrum David, regium indumentum, sanctimoniam solum, manifestandorum rationalis, typus virginitatis & gratiarum corona.* Ita plaudit German. Collant. Orat. in Nativiti. Virgin. Meritò corona gratiarum in humani generis dulcissimum commodum: igitur illi summus splendor diadematis ex gratijs homini ambrosiè collatis. *Ibsaurus* (dicitur Maria à Richard. à S. Laurent. lib. 4. de Laudib. Virgin.) *quia in ea uti gazophylacio repositis Dominus omnia dona gratiarum.*

Elegia Virgini. German.

Cur gratiarum corona.

Tibi enim Superos data Virgo facultas. Imò contra Superos, iurè in homines iratos propter criminum provocacionem, ut ex albis vibrent in vindictam fulmen: equidem cum propendat in genus, & internis visceribus faveat animus; claret in superos eius insignis potentia, quia vindicom ingeniosè confringit arma. *Novum creavit* (pro faciet, vel decrevit facere) *Dominus super terram: dicitur per Ieremiam: hoc est, Femina circumdabit virum.* Hebr. *Circundabit viram bellatorem, Maluend. Creavit rem novam in terra: Femina circumgrabit prevalidam.* Prævalidus est, qui semper valuit: quomodo ergo modò femine cedit? Dicit causam contextus. *Uxquequod delictijs dissolvoris filia vagat* Galatin. lib. 7. *Arcan. cap. 14. Quousque infantes filia apostatrix?* Genus hominum hic signatur criminibus dissolutum,

Richard. Val. Flac. 3. v. 16.

Ierem. 31. 22.

Præteritum pro future, & verbo mentali.